

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christiani Mündenii S. Theol. D. Et In Acad. Ivlia Prof. Ord. Selectae Theses Theologicae Vniversam Doctrinam Christianam Exhibentes

Muenden, Christian

Helmaestadii, 1730

VD18 13487477

Widmung

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-201546

*VIRO ILLUSTRIS ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO,*

DOMINO

ZACHAR. CONRADO

AB **VFFENBACH**

INCLVTAE, QVAE FRANCORVM
TRAIECTI AD MOENVM FLORET,

REI PVBLICAE

LIBERAE AC IMPERIALIS

SCABINO ET SENATORI

GRAVISSIMO AMPLISSIMO

DE RE PVBLICA

ECCLESIASTICA, CIVILI AC LITERARIA

SVMMA PRVDENTIA

CANDIDO PECTORE

IMMENSO LABORE

IAM IMMORTALITER MERITO

IN DIESQVE EGREGIVS MERENTI,

DOMINO AC FAVTORI SVO
OMNI OBSERVANTIAE CVLTV
PROSEQVENDO
THESES HASCE THEOLOGICAS
IN PVBLICAM
GRATAE AC DEVOTAE MENTIS
TESSERAM
CVM VOTO OMNIGENAE
ACCRESCENTIS AC PERENNANTIS
FELICITATIS

D. D. D.

CHRISTIANVS MÜNDENIVS


S. THEOL. D.

REIPVBLICAE FRANCOFVRTENSIS
CONSILIARIVS CONSISTORIALIS
ET PASTOR AD S. CATHAR.



Vam in orbe eru-
dito celebritatem
nominis optimo
iure confectus
es, VIR in re pu-
blica, patria non
solum, verum et-

iam vniuersa literaria longe cele-
berrime, eam indefesso studio TVO
subinde amplificari, dudum ex pu-
blicis iisque luculentissimis docu-
mentis abunde cognoui. Nec sine
voluptate recordor, in consuetudi-
ne literaria, quae cum illustri no-
minis TVI cultore solertissimo, vi-
ro in orbe literato celebratissimo,



CHRISTOPHORO AVGVSTO HEV-
MANNO, Gottingae mihi interces-
sit dulcissima, amorem TVVM in
omnis generis literas, et in litera-
rum elegantiorum cultores fauo-
rem ac liberalitatem prorsus admi-
rabilem, saepius a nobis esse depraec-
dicatum. Verum pro ea, quae ani-
mo meo inest verecundia, per lite-
ras TIBI mentem addictissimam
declarare, TVAMque aucupari be-
neuolentiam, nunquam ausus sum,
et ignotus tacito TE affectu pro-
sequi malui, quam submissae vene-
rationis meae significatione, vel ar-
rogantiae, vel audaciae notam in-
currere. In academia IVLIA et au-
la Guelpherbytana plures inueni,
qui pereximias animi TVI dotes, et
in illis potissimum summam TVAM
humanitatem, vno ore concelebra-
bant. Quoties vero ab aliis hono-
rifica TVI mentio facta est, toties
ap-

applausu qualicunque meo TE venerari non desii : nunquam tamen spem potui concipere , fore , vt TVO, quem non promerui, fauore floream, TVAEque in literatos propensissimae voluntatis inclinationem persentiscam. Diuinae autem, qua res mortalium prouide gubernantur, curae ac benignitatis nutu singulari contigit, vt TIBI pernotescerem, TVAEque opera in inclutam hanc rempublicam pertraherer, cum ego quidem in academia IVLIA, superiorum clementia, patrum academiae fauore, ac commilitonum amore, ad munus doctoris academici rite sustinendum et perficiendum magis magisque excitatus, in studiis academicis aetatem placide transigere, cum animo meo deliberatum haberem. Ingenti sane admiratione me primum affecerunt literae cel. HEVMANNI, qui-

bus me certiozem faciebat, in praestantissimorum theologorum numerum, ex quibus perillustis SENATUS FRANCOFVRTENSIS consistorii euangelici assessorem et ministrum ecclesiae eligere velit, me quoque relatum esse. Ex iisdem vero literis etiam intellexi, TVAE potissimum commendationi, et, qua polles, auctoritati, id ipsum acceptum esse referendum. Cunctis itaque amplissimi Senatus suffragiis electus, et a dulcissimis studiis academicis auocatus, vltimos labores academicos illustri nomini TVO consecrandos esse duxi, vt publicum quaecunque gratissimae TIBIque addictissimae mentis monumentum exstaret. Libellos quoque Theologicos alto supercilio a TE non despici, nec fastidiose negligi, ex instructissimae bibliothecae TVAE catalogo vniuer-

uerfali, eiusque tomo primo, manifestum est omnibus: quo ipso in spem inductus sum certissimam, munusculum aliquod theologicum TIBI haud exosum fore. Et quidni theses hasce theologicas subacto TVO iudicio subiicerem, qui TVAM quaestiones theologicas non minus, quam politicas, dextre prudenterque diiudicandi peritiam laetus agnosco, et, qua par est, obseruantia prosequor? Accedit denique, quod pro tot tantisque beneficiis, quae a TE in me profecta sunt, ex quo in hanc ciuitatem delatus sum, grates TIBI publice sint persoluendae. Gratiam sane TIBI a me referri non posse, ingenue profiteor, tanta a TE humanitate ac liberalitate exceptus, quanta ne sperari quidem potuit: gratiam tamen TIBI a me haberi, et semper, quoad vixero, habitum iri,

vt perspicias , nullam non operam
dabo. Accipe itaque VIR IL-
LVSTRIS, Fautor optime, theses
hasce theologicas sereno vultu, et,
quamuis non ignorem, a negotiis
publicis, quae omnium cum laude
et admiratione strenue ac feliciter
peragis, nullum fere tempus TIBI
vacuum ac liberum esse, pusillum
tamen temporis vt illis perlustran-
dis et discutiendis impendas, enixe
rogo. Diuinum numen supplex
adoro, totaque mente indefinenter
rogabo, vt TE in rei publicae pa-
triae decus ac emolumentum, rei-
que literariae ornamentum, ex
omnium, qui publicam salutem
quam maxime in votis habent, vo-
to ardentissimo, diu adhuc supersti-
tem esse, et florere iubeat quam fe-
licissime. Dab. Francofurti ad
Moenum d. XXI. Mart. a.
clbcccXXXI.